

DE MODORUM EXORDIIS IN QUO DISPOSITIO NOTARUM PER SINGULOS MODOS AC UOCES

Ex diapaſon igitur conſonantiae ſpeciebus exſiſtunt qui appellantur modi quos eoſdem tropos t tonos nominant. Sunt autem tropi conſtitutiones in totis uocum ordinibus t grauitate t acumine differentes. Conſtitutio uero ÷ plenum ueluti modulationis corpus ex conſonantiarum coniunctione conſiſtens quale ē t diapaſon & diateſſeron. uel bis diapaſon. Eſt enim diapaſon conſtitutio a pſlambanomenon in meſen. ceteris quae ſunt medie uocib. annumeratis. t a meſe rurſus in neten hyperboleon cum uocibus interiectis. t ab hypate meſon in neten diezeugmenon. cum his quas extremae uoces medias claudunt, Sinemenon uero conſtitutio ea ÷ quae a pſlambanomenon in neten ſynemmenon. cum his quae medie interiecte ſunt conſtat. Bis diapaſon autem a pſlambanomenon in neten hyperboleon cum his quae in medio ſunt interpoſitę conſideratur. 7 has igitur conſtitutiones ſi quis totas faciat acuciores. t grauiores totas remittat. ſcdm ſupradictas diapaſon conſonantiae ſpecies. efficiet modos vii. 7 quorum nomina ſunt haec, hypodorius hypofrigius. hypolidius. dorius. phrygius. Lydius. Mixolydius. 7 horum uero ſic ordo procedit. Sit in diatonico genere uocum ordo diſpoſitus a proſlambanomenon in neten hyperboleon. atque hic ſit hypodorius modus. Si quis igitur proſlambanomenon in acumen intendat tono. hypatenq; hypaton eodem tono adtenuet. ceteraſque omnes tono faciet acutiores. acutior totus ordo perueniet. quam fuit priuſquam toniſuſciperet intentionem. Erit igitur tota conſtitutio acutior effecta. hypophrygius mod; Quod ſi in ipſo phrygio toni rurſus intentionem uoces acceperint. hypolidii modulationaſcetur. 7 At ſi hypolidium quis ſemitonio intendat. dorium faciet, et in aliis quidem ſimilis eſt in acumi

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 298(119), p. p.%20127 – Boetii geometria et musica (http://www.e-codices.ch/en/sbe/0298/p.%20127)